

90
in hoc, qui certe omnia rimabantur, ut par pari referant. De fo. 1581.
Ego magnopere tibi autor sum, & rogo, ut saltem, quae
de parallaxibus ibi docuisti, quae est optima illius libri
pars, ea emendata huic alteri libro conjungas, ut eodem
tempore duo praedari libelli tui exeat, & ansa praecida-
tur a malis tuis, nomini tui acrius insultandi. Wittichius
dicit omnia illa falsa esse &c. Filia tua recte valet,
ut quae uerum fert, maritus adhuc adest. Venturusne es
ad nos? D. Savile miratur suos compatriotas ita si-
lere, quid causa est? Vale, megrama, & de Caesaris
valetudine aliquid, obsecro, adscribe, de quo nuper
huius mala minabantur, neq. adhuc metum omnem
excusimus. Vatisl. 4 Febr. 1584.

Si quid item ex Danicis observationibus Wittichio addere
velles, adhuc satis in tempore Göttingam per-
venient, si statim miseris, vel huic vel alia via, si
huic miseris ego proprium tabellarium statim illuc
ablegabo.

Eidem.

247
Prestantissime amico, & Dno honorande. Malo nescio
quo fato & tua ad me & mea ad te literae tardius
perferuntur, quam opus sit. Haec ipsa hora accepi
has, quibus 8 febr. diem adscripsisti, si heri redita fuissent,
copiosius tibi respondiissem, nunc ob celere ordinarij disces-
sum, qui quid in buccam, vel potius calamum incurret,
libere in hanc chartam effundam. Rogo te ut boni
consulas. Video te nondum accepisse proximam meam
epistolam cui adjuveram praefationem in libellum
tuum. Postea D. Savile quog. ad te scripsit, sed haec
posteriores fuerunt. Mylius jam transegit cum
typographo

typographo, & libellus tuus ut cogitatio jam excusatus est.
Quare correctiones tuas vix in tempore afferre poteris,
non magna eris jactura. Excusetur aliquando cum
auxilio aliquo tuo, quod non minus jucundum, &
gratum lectoribus futurum sit. Non memini, ubi
Aristoteles de tuo illo arguto agit, aut ex quibus prin-
cipijs ejus illud deductum sit. Si ostenderit, gratum fore
Aquam cum Wittichio per hanc tabellam iam, nihil
fortasse rescribit. Nam intra horam aut alteram
discedet, sed efficiam ut sequenti hebdomade tuo ma-
dato satisfaciatur. Expecto Coimii epistolam, & si lubet
Fabriij quoque nostri de Cometa. Amabo te certi aliquid
Caesaris valetudine in aurem mihi scribere. Lapidem dixeris,
hic pro mortuo haletur. Si me & te ipsum amas, abjice cogi-
tationem de cedendo Aquilone. Nam multas tempestates a-
trahet, ut prospicio & te evertet. Magna est Pontificionum
potestas. De Danica conditione jam tibi, etsi breviter, tu
perspicue meam sententiam aperui. Non placet, ut te ex
Italia tua, cum familia tua commovens, & hac aetate nova
Sedes, novos amicos queras. Ego meo malo didici, quam
miserum sit esse hospitem & peregrinum, etsi nunquam ita
hospes, nec tam male à rebus necessarijs instructus, ut tu for-
tasse futurus es in illa barbarie, ut ex sermonibus eorum
qui ibi versati sunt colligo. In patria es, notus bonis &
charus, autoritate & gratia, si non tanta, quanta virtus
tua meretur, saltem majore praeditus es, quam unquam
apud externos sperare queas. Habes jam in his regionibus pro-
ceteris consanguineos et affines, filiam optimo & integerrimo
Viro nuptam, ex qua nepotes Dei beneficio aspicias.
His omnibus & multis alijs, quae tu rectius, quam ego pro
prudencia vides, cavendum tibi esset in perpetuum. Si te isthinc
sicut breviter concludam, magna egestas non extendit, nullam
causam

41
causam vides, cur tantos sanctus, tantos labores suscipere, tantis
periculis se obicere, tantas molestias & acerbitates, quas pere-
grinitas in aliena regione magno agmine secum trahit, sponte
& accersere debeas. Si persecutiones ob religionem times, ea
incerta sunt: & ob metum solum non est prudentia tua, in
pedes statim te conijcere, & de fuga ante tempus meditari.
Multa incidere possunt, quae persecutiones impediunt: praesertim
si à scripturionibus abstinere, quae has miseras provocant,
Misere fac Jesuitas, & Theologicas disputationes, & tuam
spartam orna. Habes Philosophiam, habes Medicinam, mathe-
maticam scientiam. In istis artibus multa, sunt obscura,
multa ejusmodi, in quibus explicandis augendisq; praclarum
ingenium, eruditionemq; tuam exercere, & de literarum
studijs bene mereri poteris. Satis est Theologorum superq;
qui Jesuitas oppugnant, quibus ipsi nocere non possunt,
ut tibi illis hanc palestam permittas, & tu ad has
quas dixi, pulcherrimas artes animam tradas. Parum
nobis mi chariss. Phadec, utriq; inquam nostrum temporij
superest, ad vitam. Ego jam 49. annum ingredior, tu non
multo junior me es aut etiam senior. sompone ani-
mum tuum, et cogita quam miserum et calamitosum
sit hac aetate, novas sedes cum parvulis liberis quaerere,
et fortuna alea se, suosq; obicere, inter homines alie-
nos ferros hospitibus et in humanos: quales non dani
solum, sed omnes penè nationes esse solent in peregri-
nos. Si ihuc iras, etiam optimis conditionibus, et intra
paucos annos moriaris, quam putas te bene consulturum
chariss. pignoribus cum conjugem? sed de his nimis multa, cer-
te plura, quam initio constitueram. Obsecro te, ne egre
feras, sed ab integerrimo et tui studiosissimo animo pro-
fecta cogites. De quibus si voles, cum huc venies, plura con-
ferre inter nos poterimus. Eris nobis gratissimus hospes, si
res tua ita ferent. Tua filia jam rectius valet, simul
et maritum suum lectissimum virum et charissimum
maritum conspexit, in vitam revocata est et plenè
convalescit. Si tamen gravida plenè valere dici potest,

qua plena est. - Henrichus non reddidit tuas literas, neque scio
an huc advenerit, aut quis sit. Gener tuus binas jam literas
scripsit, sed video ejus quoque literas non meliore fortuna
utri, quam meas. Vale mi optime Dne. et Amice. Aquilone
prodromum mittere non audeo, ne intereat, etsi profecto
makem cum in adventum tuum, aut si certum aliquem ho-
minem nactus fuero, cui recte tradere possim, mittam.
Vale iterum. 21. Febr. 1581.

Dno Doctori Monavio plurimam salutem, ad multos pro-
clari scribit, ad me raro; provero ad nostram amicitiam
et meam in ipsum singularem benevolentiam
si quidret cur ego non idem faciam, quod ipsum fa-
cere equum judico, breviter et venie respondeo,
non existimare meas literas magnopere dignas, et
que studia ipsius interpellent.

Eidem

25)

S. P. Cum proximè humanissima tua Epistola respon-
den, non potuit scribere Wittichius noster, nunc acci-
pies, quæ ad tuas questiones adfert. Prodromum non
habeo, cui tradam. Itaque aut te ipsum expectabit, aut tan-
diu hic erit, dum tu nominabis aliquem, cui committendum
mandabis. Idem de Canone dictum volo, qui itum apud me
est. Nam cum Wittichius iam descripsit Pratoris noster in-
gram habet, si quæ Typographum nancisci possem, libenter
vulgaret. Ego habeo illum iterum in majonibus numeris integrum
Canonem inquam Sinuum Focum et Beneficium, usque ad sup-
pma. Quod tibi significo, ut si quando tibi usus ejus veniet,
ac describi volueris, scias me tibi libenter in eo, et multo ma-
joribus in rebus, gratificaturum esse. Et si magnus labor insumendus
esset. Dom. Savile et Wittichius et Pratoris videntur magis pro-
bare Ptolom. rationem supputandi. Idem Sekreterfuchs
sentit. Quo sit, ut mirer, quid in mentem venerit. Regior
montano, aut quicumque iller fuit, ut loco compendii nobis ma-
jor dependium attulerit, cum tot numeris. P. Royote, et
modum est, ut Cocini et Fabricij de cometa scriptum meum
communices. Tuus liber nondam apparet, forsasse tu eum
isthic usque videbis. Utinam in tempore ad nundinas mihi
possit. Vale et me mater ama. Filia tua hodie fuit nobiscum
recte valet, maritus iterum abest, rediturus intra paucos dies. Vale

Eidem